



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 73. Legatorum postulata a Benedicto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. ceptare teneretur, a Gregorio designan-  
A.C. 1407. dam.

## §. LXXIII.

*Postulata Legatorum a Benedicto.*

*Monach.*  
*S. Dionys.*  
6.3. pag. 577.

Gallorum Oratores his omnibus in  
præfato colloquio perceptis, cogni-  
toque ex Legatis propenso ad cedendum  
Gregorii animo, Massiliam petunt, Be-  
nictum conventuri. Ibidem appulsi  
exponunt, Gregorium pro unione Eccle-  
siæ Papatui cedere paratissimum esse, si-  
mulque declarant, a Gallis fuisse decre-  
tum, ipsos, si resisteret Papa, utriusque o-  
bedientiam denegatuos; ideoque ab eo  
Bullam expectari, qua juxta fidem a se  
dataam, & Regis postulata, cessionem ra-  
tam haberet, atque resiliendi libertatem  
sibi restringeret. Benedictus publice ser-  
monem satis prolixum ad Legatos habuit,  
& nil hæsitans se cessurum promisit, tot ta-  
men ambigua intexuit verba, ut ad elu-  
dendam promissi sui fidem semper sibi  
plena adhuc maneret libertas; quasdam  
enim interpretationes reconditas in prom-  
ptu habuit, quibus, si se nimium in an-  
gustias redigi cerneret, opportune utens  
se facile extricare posset. Verbo, nihil  
speciosius, magisque artificiose composi-  
tum excogitari poterat, quam hæc ipsa  
Benedicti oratio. Quoniam vero Le-  
gatos

gatos nonnisi vano verborum apparatu Sæcul. XV.  
 lactasset, inter eos fuit conventum, po- A. C. 1407.  
 stridie ab illo exigendas esse Bullas, qui-  
 bus clare, & semotis omnibus æquivoca-  
 tionibus cuncta, quæ mox ad eos verbis  
 expressit, scripto confirmaret. Illud, ut  
 Benedicto proponeret, Archiepiscopo Tu-  
 ronensi commissum fuit, addito simul man-  
 dato, ut declararet, attenta utriusque  
 Competitoris multum proœcta ætate op-  
 pido consultum fore, si de opportunis  
 caveretur mediis, ne alterutro horum,  
 vel utroque e vita migrantibus, utrius-  
 que partis Cardinales per duplœm elec-  
 tionem schisma ulterius propagarent;  
 atque ne hoc eveniret, sequens propo-  
 situm est remedium, nempe, contraria  
 Cardinalium pars ad eligendum idonea  
 declaretur, ut existente mortis casu u-  
 trumque Collegium ad unam eandemque  
 electionem concurrere posset.

### §. LXXIV.

*Benedictus Papa cessionem suam Bulla  
 firmare detrectat.*

Tota res sic conventa ad Benedictum *Monach.*  
 desertur; verum is spretis omnibus *S. Lionys.*  
 sollicitationibus, quibus ad expediendam *ibid.*  
 cessionis suæ Bullam continuo impelleba-  
 tur, cunctisque mediis ad hoc obtainen-  
 dum